BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 A
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

394.34

13-7. a. 17

PROCES-SVS IVRIS SCRIPTI ET CONSVETVDINIS FREQVEN-

tioris per Germaniam hoc tempore uſitatus, breuiter complectens officia omnium per-ſonarum legitimè in iudicio uer-ſantium.

Gerichtlicher Proceſs des geſchrie-benen Rechts/ gewonheit/

vnd teglichen brauchs/in Germaniẽ itzi-ger zeit vblich/darinnen kürtzlich ei-nes jeden ampt/der im gericht wandelt/begriffen wird.

Cum Indice gemino, & modo legendi abbreuia-tiones in hoc proceſsu vſurpatas.

Ex [illegible] AVTORE Ill.mi Coccini

PETRO TERMINEO

Iuriſconſulto.

Pſal. 82. Iudicate egeno & pupillo, oppreſſum & pauperem iuſtificate.

ANNO M. D. LXVIII.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

IHS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AMPLISSIMO SINGVLARI GRAVITATE, PIETATE, ET

uirtute excellenti Coß. & Senatorum ordini Reipub. TORGENSIS, *Dominis prudentißimis,* S. D.

IN IVDICIIS PROcedendi ordo non ſolum ex legibus naturæ emanans originem trahit. Verùm ius Diuinum, ipſumq́; Deum, fundamentum, & primarium autorem, ſicut omnes aliæ bonæ & excellenter utiles res, habet. Cùm enim homo à Deo ad imaginem ſuam conditus, ab omni noxa & macula purus in Paradiſum collocatus eſſet, ut ſecundum præſcriptam Dei legem uiueret, isq́; poſtea lapſus mandatum diuinum uiolaſſet, ac in pœnam incidiſſet, eſſetq́; plectendus, uocatur primum ab ipſo Conditore in iudicium, His uerbis: Adam ubi es? Hinc origimem ducit citatio, quæ eſt primum præparatorium, ſubſtantiale, & initium iudicij, ac fundamentum proceſſus, innuens ſcilicet neminem abſq; citatio-

ne & certa cauſæ Cognitione quantumuis litiget actor, eſſe damnandum. Poſteà ſequitur comparitio, in eo uidelicet, cùm Adam è loco arborib. obſito, in quem ſe abſconderat, progreditur, atq; reſpondet, Vocem tuam audiui in Paradiſo, ac timui, Qua re ſignificatum eſt, quēlibet debere præſtare obedientiam ac reuerentiam iudici debitam. Tertiò conſequitur accuſatio ſeu libellus addita probatione, ubi Deus ait: Arboris prohibitæ fructum comediſti, & ideo ſcis te eſſe nudum, quod anteà ignorabas. Quartò occurrit & litis conteſtatio affirmatiua, habens annexam exceptionem, qua uterq; cùm Adam tum Heua noxam à ſe remouere atq; ita intentatam actionem elidere ſtudent, idq; in his uerbis ubi Adã inquit: mulier quã adiunxiſti mihi de ligno interdicto fructum præbuit. Mulier uerò reſpondet, Serpens me decepit. Hic Adam in Heuam, Heua in ſerpentem criminis culpam transferre conatur, atq; ita cuilibet ſuas Reſponſiones & Exceptiones opponere liberum eſt. Adam enim reſpondet pro ſe, ſimiliter & Heua: Serpens uerò conticeſcit, idq; ob facti euidentiam. Nam ἐπ' αὐτοφόρῳ hoc eſt in ipſo facto manifeſto deprehenſus eſt, ideo negare nequit, atque ob id pro confeſſo habetur. ac hoc in loco paria ſunt, non reſpondere, & ineptè ſeu non appoſitè

ſitè reſpondere. Hic etiam fundatæ ſunt illæ Regulæ: Qui tacet conſentire uidetur. Item: In confitentem nullæ ſunt partes iudicis, niſi executio. Ex prædicta affirmatiua litis conteſtatione eluceſcit quoq; confeſſio utriuſq;, quæ uicem probationis obtinet. Sequitur tandem ſententia pro ratione cauſæ, Primùm contra ſerpentem, qui inobedientiæ cauſa extiterat, poſtea contra Heuam, tertiò contra Adam ſententia fertur. De hac re habetur in c. principium. De pœnitentia diſtinct. 2. & c. Serpens, diſtinct. 1. Ex his itaq; conſtat, in tertio capite Geneſis totum ferè proceſſum iudiciorum fundatū atq; à Deo ipſo ſeruatum eſſe.

Porrò, habemus & leges per Moyſen datas, quæ extant Exodi 21. & 22. & 23. & Deut. 19. ex quibus iudiciariæ actiones, tanquam fonte promanant. De qua re habetur in c. cum in ueteri, de Elect. & c. 1. de purgat. poſt part. & in c. Moyſes, diſtinct. 7. & in c. libenter, de Pœnitent. diſtinct. 1. & in c. Nouit. de Iudic. & in c. licet ext. de teſt.

Nec ſolummodo ordinis iudiciarij, iudicij, & legum ciuilium Deus autor eſt. Verùm etiam Magiſtratuum, ut S. Paulus Rom. 13. cap. confirmat. Et hæc omnia à ſe inuicem ſeparari nequeunt, cohærent enim tanquam cauſa & effectus, ſicut &

Regius Propheta Dauid ea coniungit, Pſal. 82. inquiens, Iudicate egeno & pupillo, oppreſſum & pauperẽ iuſtificate Et Eſaias 1. cap. Subuenite oppreſſo, iudicate pupillo, & defendite Viduam. Tales & ſimiles loci quamplurimi in Veteri et Nouo Teſtamento, quibus magiſtratus confirmatur & pulcherrimus ordo in iudicijs procedendi & ſanctiſſimæ leges ſuffultæ ſunt, extant; quos ne opus in immenſum creſcat uolens omitto. Deinde & experientia uniuerſalis comprobat, ſemper fuiſſe mediocrem formam Reipublicæ, ubi floruerunt legum ſtudia, & earum uoce iudicia, curiæq; gubernatæ ſunt. Scriptis autem legibus, & non ſolis arbitrijs magiſtratuum regendas eſſe Reſpublicas grauiſſimè Ariſtoteles in tertio Politicorum admonet his uerbis: Qui legẽ uult præeſſe, uidetur ſummam poteſtatem Deo & legibus commendare, qui uerò humano arbitrio tribuit Imperium, adiungit ei beluam, Nam cupiditas beluæ ſimilis eſt, & iracũdia gubernatores deprauat, etiamſi ſint alioqui uiri boni, ſed lex eſt mens ſine cupiditate, ſine perturbatione atq; affectu.

Cùm itaque manifeſtum ſit Deum omnipotentem creatorem cœli & terræ, Magiſtratuum, legum ciuilium, iudicij et eius ordinis, Autorẽ, Con-

ditorem

ditorem et conſeruatorem eſſe, eoq́; pro ſua Maie-ſtate iudicij, ut dictum, exercens ſtatim poſt primam mundi creationẽ uſum, & ſuo exemplo praeeundo monuiſſe, docuiſſe, ac demãdaſſe, ut cum diſceremus, par æquumq́; eſt, ut diuino mandato obtemperantes hunc præſcriptum modum & ordinem ſummo ſtudio amplectamur et ſequamur, ac ſecundum iura ſcripta, quæ ex diuinis & naturalibus legibus deſumpta & concinnata ſunt, in cauſis forenſibus & litigioſis procedamus.

Sed ut ad præſens meum Inſtitutum perueniã, poſſet fortaßis aliquis mirari, & quærere, cur, ut dicitur, Iliada poſt Homerum conſcriberem, ac poſt tantam excellentißimorum uirorum copiam proceſſuum hanc meam Epitomen in lucem edere auſus fuerim, tanquam aliquid noui, aut ab alijs prætermiſſum ac neglectum adducere ſeu effingere queam? Huic reſponſum uolo cum noſtro Terentio: Nullum dictum eſſe, quod non dictum ſit prius. Nec affirmo me elaborare in hoc, quaſi aliquid noui & anteà inauditum uelim proferre, de ijſdem enim eadem, ſicut & alij, aſſeuero: omnia enim quæ ſcimus, licet ſint exigua, didicimus & hauſimus à Veteribus, illorum ſunt ſingula quæ tractamus. Verùm in hoc cõſiſtit differentia, quod illorum tractationem in noſtram utilitatem pro

ratione temporis & circumſtantijs locorum, atq; cauſarum ſeu negociorum diuerſitate transferentes accommodemus, & conuertamus, qua in re alius alio utitur modo, pro ut à Deo ei datum eſt, ſunt enim diuerſæ ingeniorum dotes. Et ſicut mira eſt ingeniorum uarietas res tractantium, ſic uiciſſim diſcentium ingenia alia hac, alia illa uia delectantur, & facilius naturæ ſuæ propenſione quadam, ſeu ui ducente, res aliquas arripiunt & addiſcunt. Secundo, multorum quæ Veteribus uſitata, noſtro hoc ſeculo in his terris Conſtitutionibus et Conſuetudine probabiles ob cauſas ſublata in deſuetudinem abierunt, hic mentionem facimus. Tertio uſitatas hoc tempore formulas, Citationum, Mãdatorum ſeu Procuratoriorum, Libellorum, Exceptionum, Articulorum, Interrogatoriorum, Iuramentorum, Sententiarum, Apoſtolorum, Inhibitionum &c. cum clauſulis neceſſarijs, ſummo ſtudio compilaui & ſuis locis ubiq; inſerui, quæ omnia in foro uerſantibus grata fore non dubito. Has tres mei propoſiti candidis lectoribus ſufficientes cauſas fore confido.

Edidi autem auſpicio nominis ueſtri, tum quod ad iudicia & curiam pertineat, tum propter ſingularem prudentiam, grauitatem, pietatem, &

erga

erga literarum ſtudia, quæ & religionis & ſtatus politici ſeminaria ac nerui ſunt, fauorem. Faueant *igitur* A. & P. V. *etiam his noſtris conatib. (nam doctrinæ genus illis probari non dubito) atq; officium meum boni conſulant, rogo.* Et *ut ſacratißimus princeps* Iuſtinianus, *qui tam iuris religioſißimus, quàm uictis hoſtibus triumphator magnificus extitit, nec non &* Imperator Alexander Seuerus, *qui obiecta toga* Vlpianum *iuriſconſultum aduerſus iratos milites tuens, nunquam ſatis dignis præconijs & laudibus extolli poſſunt, ita & iuriſprudentiam eiq; deditos autoritate ueſtra uos defendere maximopere uobis glorioſum & perpetua celebratione dignum exiſtimandum eſt.* Bene ualete.

Anno Domini M. D. LXV.

A. & P. V.

Addict.

Petrus Termineus.
Iuriſconſultus.

PROCESSVS IVRIS SCRIPTI ET CONSVETVDINIS

frequentioris per Germaniam hoc tempore uſitatus, Complectens officia omnium perſonarum legitimè in iudicio conſiſtentium & uerſantium.

Gerichtlicher Proceß des geſchrieben Rechts, gewõheit, vnd teglichen gebrauchs in Germanien itziger zeit breuchlich, darinnen einer iden Perſonen, ſo im gericht wandelt oder mit gerichts hendelen vmbgeht, ampt begriffen wird.

Antequã dicamus de proceſſu, pauca quædam præmittenda ſunt de iudicio, & perſonis quæ legitimè in eo conſiſtere uel non conſiſtere poſſint.

DE IVDICIO ET PERSONIS *legitimè in eo conſiſtentibus.*

CAPVT I.

Von dem gerichte vnd den Perſonen welche võ rechts wegen darin-

IVDICIVM *eſt actus legitimus trium perſonarum, ſcilicet* Iudicis, Actoris, & Rei, *in iudicio conſiſtentium c. forus & ibi gloſ. in uerbis iudicium ext. de uerbor. ſig. et notatur in l. properandum §. 1. & 2. C. de iud. Quandoq; tamen etiam aliæ perſonæ ſunt neceſſariæ, quales ſunt Teſtes, aſſeſſores, aduocati, procuratores &c. ut*

ex

ex ſequentibus apparebit.

IVDEX, *eſt qui iudicat de cauſa, & dicitur, quaſi ius dicens uel dictans, ſiue quod iure diſceptet.* Eſt *autem iure diſceptare iuſtè iudicare, nec eſt iudex, ſi non eſt in eo iuſtitia* 23.q.2. Ac *debet iudex inprimis illud obſeruare, ne aliter iudicet quàm legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus ſeu approbatis conſuetudinibus proditum eſt,* Inſtit. *de offic. iudi. & §. ex nõ ſcripto,* Inſtit. *de iur. natural. gent. & ciuil.*

nen beſtehen mogẽ. Ein richter iſt der ſo der parteien clag vnnd antwort anhort, verricht vnd mit vrteil entſcheidet.

Sunt autem iudices quintuplices.

1 *Ordinarij.*
2 *Delegati.*
3 *Subdelegati.*
4 *Arbitri &*
5 *Arbitratores,*

I. ORDINARII, *dicuntur illi qui uel à ſe iure ſuo h.c. eo ipſo quod tales ſint, uel principis beneficio, uniuerſaliter iurisdictionem exercere poſſunt, l. more maiorum & l. ſeq.* D. *de iuriſd. om. iud. Tales ſunt, Papa, Archiepiſcopi, Imperator, Reges, Electores, Duces, Principes, Comites &c.*

Ordentliche richter, ſeind die frey eigen gerichtszwang haben.

Nachgeſatze richter oder befelhhaber ſeindt, denen von einem ordentlichen Richter befohlen wird etwas an ſeiner ſtadt vnnd von ſeinet wegen zuuerhoren vnd zuuerrichten.

II. DELEGATI ſiue Commiſſarij ſunt ij, qui ex alterius commiſſione alicuius cauſæ recipiunt iudicialem cognitionem l. I. in fin. D. De off. eius cui mand. eſt iurisd. c. ſuper quæſtionum ext. de off. delegat. Tales uerò conſtitui poſſunt ab ordinarijs.

* Seindt richter die von einem delegaten geſatz werdẽ vnnd befehl empfangen etwas zuuerrichtẽ.

III. * SVBDELEGATI ſunt ij, quibus cauſa uel aliquid de cauſæ medijs h. e. principium, uel medium, uel finis, à Delegato ſecundo loco committitur, d. c. ſuper quæſtionum. §. Intentionis.

IIII. † ARBITRI ſunt qui de cõmuni partium conſenſu eliguntur, & in eos compromittitur ſub ſtipulatione pœnæ, quam pars à laudo ſeu iudicatis recedens, præſtare parti aduerſæ cogitur. c. à iudicib. 2. q. 6. auth. decernimus alias decernit ius, C. de recept. arb. Horum ſententia laudum uocatur, Ein urtheil der wilkorlichen Richter.

† Vuilkorliche Richter ſeind die, auff welche ſich zuuo parteien freiwillich vereinen und ueranlaſſen, mit einer angehafften peen, ſo das Part, welches das urteil nicht annimpt, ſeinem gegenpart geben mus.

Gleiche oder gutli

V. ARBITRATORES, ſunt amicabiles compoſitores quoq; de communi partium conſenſu, abſq;

ſu,absq; tamen pœnæ ſtipulatione deſignati.

che vnter= hendler werden auch mit verwilli= gung bei= der par= teien erkō ren, doch one angē= haſte peē oder ſtraf ſe.

Differunt autem arbiter & arbitra= tor in duobus potiſsimum.

I. * IN *arbitrum fit comproniißio ſub ſtipulatio= ne pœnæ. In arbitratore nulla pœnæ ſtipulatio ac= cedit.*

II ARBITER *cognoſcit ad modum iudicis h.e. tenetur iuris ordinem obſeruare l.* 1. D. *de re= cep. arbit.*

ARBITRATOR *uerò ſecundum æquitatem ſibi uiſam iuris ordine neglecto, ſeu legum ratione nulla habita pronunciat.*

† Ein *arbiter iſt vom arbitratore vnderſchiden, erſtlich ſcheidet ſie die ſtraffe oder peē ſo ein part dem anderen uerwilliget, zum anderen, das ein arbiter mus ſein vrteil nach inhalt der rechte ſtel= len vnd ſprechen, ein arbitrator aber nach ſeinem gefallen vnd gutduncken.*

Iudices eſſe qui prohibeantur.

TRIA *ſunt quibus aliqui impediuntur ut iudices non fiant.* I. Natura, *ut ſurdus, mutus, perpetuò fu= rioſus & impubes.* II. Lege, *ueluti qui ſenatu mo= tus eſt.* III. Moribus, *ut fœminæ & ſerui, nō quod non habeant iudicium, ſed quod præceptum eſt, ut*

Surdus ein tau= ber. Mutus ein ſtummer.

non

non ciuilibus fungantur officijs c. infamis 3. q. 7.

Perpetuo furioſus der alle zeit wütet vnd vnſinnich iſt Impubes ein mãnes perſon die noch nicht vber 14. iar kommen iſt. * Infamis ein erbnruchtiger. † der im bann oder acht iſt.

* INFAMIS non poteſt eſſe iudex d. c. infamis, poteſt tamen eſſe arbiter l. pædius D. de recept. arb.

† EXCOMMVNICATVS non poteſt eſſe arbiter c. ad probandum ext. de ſent. & re iud. & gloſ. in d. l. pædius in uerb. ignominioſus. Poteſt tamen eſſe arbitrator Bart. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus ad Trebell. & Panor. in c. Quintauallis ext. de Iure iur.

* ASSESSOR eſt qui aſſidet in iudicio iudici, & cum ſi forte iudex eſt imperitus, ad recte decidendam cauſam inſtruit, alias uocatur Conſiliarius. ſpec. in tit. de aſſeſſ. in prin.

* Ein beiſitzer iſt der ſo beim richter ſitzt die ſache hilfft verhoeren vnd ihme ſeinen rath vnd gutduncken in entſcheidung derſelben mitteilt.

Aſſeſſores qui recuſentur,

INFAMIS, ſuſpectus alteri partium, excommunicatus & c. de quibus ſpec. de aſſeſſ. §. debet.

ACTORES ij dicuntur, qui primo in ius uocãt l. in tribus D. De iud. Horum quidam agunt ſuo nomine, quidam uerò alieno, quales ſunt Aduocati, Procuratores & Syndici.

Klegere ſeindt die ſo iemand mit recht fur nemen vnd verklagen.

ADVOCATVS eſt uir graui authoritate & exiſti-

exiſtimatione præditus, qui propter excellentem iuris cognitionem, natiuam prudentiam, eloquentiam, & rerum multarum uſum ad cauſas forenſes agendas uel defendendas quaſi patronus uocatur, ut in negocijs grauibus & arduis patrocinium litigantibus præbeat, idq́; plerunq́; ſcriptis pugnando & conſulendo, ut notatur in tit. C. *de aduoc. diuerſ.* Iud.

Aduocati eſſe prohibentur.

SVRDVS, *Mutus, Cæcus, perpetuo furioſus, ſeruus, mulier, minor annis 17. & alij plures, quos recenſet ſpec. in tit. de* Aduoc, *in prin.* Item *infamis l. 1.* D. *de poſtul.*

† PROCVRATOR *eſt qui aliena negocia mandato domini adminiſtrat l. 1.* D. *de procurat.*

Differunt Aduocatus & Procurator.

ADVOCATVS *non timet damnum cùm ſe in aliquo non obligauit.* Non *enim obligatur ex proceſſu cauſæ, nec ſecum fundatur iudicium,* Sed *in procuratore hæc fiunt, gloſ. in l, 1. in uerb. compleuit* D. *de poſtul.*

Procu-

Ein Aduocat iſt der den parteien in ihren ſachen rath gibet, inen dieſelben fürt, doch nicht mündlich ſondern ſchrifftlich.

† Ein anwalt, der gewalt hat eines anderē ſache im rechtē von des ſelbigen wegē vnd in ſeinem namē zu handelē vnd aus zu wartē.

Procuratores eſſe qui prohi-beantur.

PROCVRATORES *eſſe prohibentur illæ perſonæ quæ & aduocati. Dempto tamen* Infame, *qui poteſt eſſe procurator. §. fin. et ibi dd,* Inſtit. *de except.*

SYNDICVS *ille dicitur qui ab uniuerſitate uel* Collegio, *ad iudicia conſtituitur, l. munerum §. defenſores* D. *de muner. & honor.*

Quæ poſſint obijci contra Syn-dicum.

OBIICITVR *illi, quod non ſit conſtitutus ab uniuerſitate uel collegio licito. l.* 1. D. *quod cuiuſq; uniuerſ. nomi. plura uidere licet apud ſpec. in tit. de Syndic.*

DEFENSOR *eſt is qui ſine mandato præſtita cautione de iudicato ſoluendo, alium in iudicio defendit. ſpec. in tit. de defenſore.*

Quæ poſſint obijci contra de-fenſores.

IDEM *poteſt contra eos obijci quod contra procuratores,* Item *quod non cauit de iudicato ſoluendo. l.* 1. C. *de procur. c.* 1. *&* C. *mandato ext. eod.*

Ein gewalthaber der von wegen einer gãtzen gemein, ſtad, zůfft &c. im recht handelt mit beklagen oder vertreten.

Ein beſchirmer iſt der on gewalt vnd mandat iemãd in ſeinem abweſen vertheidiget vnd beſchirmet.

Reus

REVS *eſt is contra quem agitur in iudicio uel qui defendit & propulſat actionem, dictus non à reatu; ſed à re quæ petitur ab eo præſtanda. c. fo= rus ad fin. de uerb. ſig.*

Habet autem omnia reus neceſſarius, h. e. qui nominatim & inuitus trahitur in iudicium, legiti= mam perſonam ſtandi in iudicio, quia defenſio eſt iuris naturalis l. ut uim D. *de iuſt. & iur.*

TESTIS *eſt is qui ex iudicio partium rei geſtæ conſcius, à iudice ad eliciendam ueritatem interro gatus, teſtimonium perhibet.*

De *reprobatione teſtium infrà dicemus in exce= ptione contra teſtes.*

Atq; hactenus de perſonis quæ debent & poſſunt conſiſtere in iudicio, ſequitur nunc de ordine & proceſſu iudicij.

DE ORDINE ET PROCESSV *iudicij.*

CAPVT II.

Licet circa ciuilia iudicia multa concurrant, tamen ut plurimum hæc capita obſeruantur.

I. *Aditur iudex competens.*

II. *Citatur* Reus *à iudice.*

III. *Reo comparenti offertur libellus ab actore.*

IIII. *Induciæ dantur ipſi* Reo *ad deliberandum,*

Beklagter iſt der im recht aus vrſachen, wie die ſein mogē beklaget wird.

Zeuge iſt der ſo auff benenung vnd fürſtellung der Parteien in den rechtshengigen ſachen vō richter zu erlernung der warheit gefraget, kūdſchaft ſeines wiſſens ſagt.

an uelit contendere uel liti cedere.

V. *Finitis inducijs reus iterum ſe ſiſtit iudicio, & ſi ſibi competant exceptiones ſiue contra iudicem ſiue contra actorem &c. tum eas opponit, ijs oppoſitis fiunt replicæ, duplicæ, triplicæ. Si uerò ei nullæ fuerint exceptiones per quas poßit declinare iudicium, tunc reſpondere tenetur actori ad petitionem uel affirmando uel negando.*

VI. *Et hæc affirmatio uel negatio dicitur litis cõteſtatio.*

VII. *Interea etiam ſatisdatur à partibus de Iudicio ſiſti & iudicato ſoluendo. Item cauetur à procuratoribus de rato.*

VIII. *Præſtatur Iuramentum calumniæ.*

IX. *Peruenitur ad probationes, producuntur enim teſtes et inſtrumēta ad probandū intentionē.*

X. *Exhibentur articuli per actorem.*

XI. *Conficiuntur interrogatoria per partē, contra quam inducuntur teſtes.*

XII. *Producuntur & examinantur teſtes.*

XIII. *Fit publicatio atteſtationum.*

XIIII. *Excipitur contra perſonas & dicta teſtium, Item contra Inſtrumenta, Hic iterum fiunt replicæ, duplicæ &c.*

XV. *Concluditur in cauſa.*

XVI. *Fertur ſententia diffinitiua, à qua ſi iniuſta*

aut

aut iniqua fuerit, poterit iudicatus ſtatim, aut infra diem decimum, appellare.

X V I I. *Si autem non fuerit appellatum, tum fit ſententiæ executio.*

X V I I I. *Fit expenſarum taxatio.*

DE COMPETENTIS IVDIcis aditione.

CAPVT III.

A C T O R *debet adire iudicem competentem.i. habentem iurisdictionem ordinariam, uel delegatam, uel ſubdelegatam atq; præſidētem in foro rei, quia actor ſequitur forum rei & non reus forum actoris l. iuris ordinem C. de Iurisd. om. iud. &c. ſane ext. de foro compet.* Adibit autem talem qui *poßit eſſe iudex, ut ſuprà dictum eſt.*

Der kleger ſol geben zu einem bequemen Richter der geſalt vnd macht hat zu richtē vber den beklagtē.

DE CITATIONE.

CAPVT IIII.

CITATIO *eſt uocatio* Rei *ad iudicium. Eſt autem Citatio primum iudiciorum præparatorium, & eſt ſubſtantiale, et initium iudicij, & fundamentum proceſſus, ideoq; iudices nihil uel in iudicando uel in exequendo attentare debent, niſi utraq; parte citatá.* Imò *citatio eſt de* Iure *naturali, ciuili, ac diuino, adeò quod nec* Papa *nec* Imperator *omit*

Vorladūg heiſt, wen beklagter vor gericht gefordert wird, vnd iſt die

tere eam poſſit, & ea omiſſa annulatur Proceſſus, *redditurq́; ipſo iure nullus, tex eſt in c.*1. *de cauſ. poſ. & proprie. & clement. paſtoralis ad fin. de re iud. fac. gloſ. in l. prolatam in* Verb. *ſolitum* C. *de ſent. & inter l.om. iud.* Nec per *ſtatutum & conſuetudinem citatio quæ eſt iuris naturalis tolli poteſt not.* Bar. *& dd. in l. omnes populi* D. *de iuſt. & iur. & in l. de quibus* D. *de ll.*

II. *Oportet autem probari* Citationem *eſſe factam.* Et ratio *eſt, quia facta nõ præſumuntur niſi probentur l. quæcunq; §. interdum* D. *de publ. in rem act.* Et Citatio *eſt facti, probandum ergo eſt* Citationem *eſſe factam.* Ideoq́; *hæc communiter aſcribitur ad acta, de quo in c. quoniam contra falſam & ibi etiam* Lanfranc. *ext. de probat. ſpec. in tit. de citat. §. ſequitur,* Verſ. *ſed nunquid.*

III. † Deinde *& citationẽ fieri neceſſe eſt ad inſtantiam partis aduerſæ, alias non ualet,* Bal. *in l. cum clericis §. memorati* C. *de epiſc. et cler. & facit trita & uulgatá regula:* Iudex *officium ſuum non impartitur cuiquam niſi imploratus l.* 4. §. *hoc autem iudicium* D. *de damno infecto.*

Citation ein ſelbſtẽdich ding, ein anfang vnd grũdfeſte des Proceß. *Vnd vber das, iſt ſie eins naturlichen, weltlichẽ vnd geiſtlichẽ rechts vnd wen ſie außgelaſſen wird, iſt der* Proceß *nichtich vnd nullus.*

† Vorladung mus geſchehen auff anregung des gegenteils, Den es fürnemlich betrifft mus zu einem iglichen rechtlichen termin geladen werden. wenn der baclagte innerhalb der ſtad gebew wo=

net,

*net,ſo leſt in der richter durch einen geſchwor-
nen Rahts diener oder durch dẽ kleger dem er ein
ſchrifft oder ander zeichen gibt ſeinẽ beſehl damit
zubekrefftigen laden.*

*Notandum & hoc, Quod ad omnem actum iu-
diciarium citandus ſit ille, de cuius præiudicio agi-
tur principaliter l. de unoquoq; D. de re iud. l. nam
ita Diuus D. de adopt.*

CITATIO QVOMODO FIAT.
CAPVT V.

*Reus citandus aut in continentibus ædificijs
urbis, ſeu loco uicino: aut in longinquis ſeu dißi-
tis partibus degit. Si in continentib. ædificijs ſeu
loco uicino eſt, tunc iudex curat eũ citari per nun
cium uel Præconem, Interdum etiam iudex for-
tè carens aut abſente nuncio ſeu miniſtro publico,
citare poteſt reum per partem aduerſam, data illi
ſcriptura, uel ligno certo modo incuruato uel alio
ſigno ad hoc deſtinato, quo uocando mãdatum eius
confirmat Bal. in addit. ſpec. in tit. de citat. uerſ.
Citatio poteſt committi.* *Vuenn*

*Si uerò eſt in dißitis locis, tunc citatur per epi der becla-
ſtolam ac plerunq; perẽptorie, idq; propter diſtan gte ferne
tiam loci, ut notatur in c. cum Bertoldus & ibi von ge-
gloſ. in uerb. remiſiſſent. de ſent. & re iud. & per richts-*

 ſpec. zuang ge-

ſpec. in tit. de citat. §. uiſo temporum. in prin. Et tunc citationi perſpicuis uerbis inſerenda eſt cauſa ſeu copia libelli. gloſ. in c. 2. ext. de dilat. ut ſciat reus quam ob cauſam in iudicium uocatus ſit, et deliberet de reſponſionibus atq; exceptionibus.

ſeſſen iſt, wirdt er durch einē brieff, mit angezeigten vrſachen warumb er citirt werde geladen.

Eſt autem forma citandi per epiſtolam hæc uſitata.

So der Richter etwan von einem groſſen Herren vnd Potentaten geſatzt iſt/ als da ſeind die Richter an dē Obern Hoffgerichten der Churfürſten des heiligen Römiſchen Reichs. Iſt der eingang gemeiniglich alſo.

DEs Durchleuchtigſten / Hochgebornen Fürſten vnd Herrn/ Herrn N. Hertzogen zu N. des heiligen Römiſchen Reichs N. vñ Churfürſt/ Landgraffen in N. Marggraffen zu N. etc. (alle Herrſchafften vñ digniteten oder ja dieſelben zum theil/ ſo ſie im Titel füren benamet) meines gnedichſten Herrn obern Hoffgerichts zu N. ich N. von N. itzund Hoffrichter/ Enpiet (*ſi ſunt Comites*) E. G. den Wolgebornen vnd Edlen (*Si nobiles*) Den Geſtrengen vheſten A. von B.

(Et *ſic cæteris perſonis cuiq; ſuo titulo attributo*)
Meinen Willigen dienſt. Vnd füge euch hiemit zu wiſſen/das mir C.võ D. heut dato hat clagend anbracht/ Wie das jr gemeltem C. von D. etlich gelt von wegen eines ſtück ackers (Weinbergs oder was es ſey) euch vor vier iaren vngefehrlich/ verkaufft/ſchuldich worden vnnd noch hinderſtellig ſeid/ Wiewol nu bey euch/ erwenter C. von D. jme ſolch geld zuzuſtellen in der güte vielfeltige anſuchung gethan/ſo hat er doch ſolchs bey euch nicht erlangen noch bekommen mögen/ Darumb er aus vnuermeidlicher noth gedrungen wird/ euch mit rechte fürzunemen/ vnd mich därneben gebeten/ euch auff ſchirſt künfftigſte hoffgerichte für zu laden/ Demnach heiſche/citire/ vnd lade ich euch/das jhr perſönlich oder durch ewern tuchtigen Volmechtigen/ſo in dieſer ſachen genugſam vnterrichtet/ Anwald/ auff den nechſt kommenden Sonabend/ nach dem Pfingſt Sontage ſchierſten/ denſelbigen tag/ ich euch vor den erſten/ anderen/ dritten vnd endlichen Rechts tag/ vnd alſo peremptorie ernenne/vor den verordenten Beyſitzeren/vnd mir zu N. auffm ſchloſſe zu früer tagzeit erſcheinet/ vñ alda ewer

Hoc in loco ſemper inſerenda eſt cauſa ſeu copia libelli h.e. narrandũ eſt ipſum factum ſicut ſe habet, ſit qualecunque.

antwort auff berurts C. von D. clage volkömlich einbringet/ vñ als denn dar auff in ſolchem gebrechen/ wie ſich eignẽ vnd gebüren wird/ ferner zuerfaren/ mit verſicherũg/ jr erſcheinet alſo oder nicht/ wird nichts deſte weniger auff anſuchen des gehorſamen theils/ weiter/ wie ſichs in rechten gebüret/ procedirt vnd verfaren werden/ Zu vrkund mit obgemelts obern Hoffgerichts Inſigel beſigelt vnd geben den xv. tag Maij/ Anno fünffzehenhundert drey vnd ſechzig.

Aber die geſchwornen Richter der Stedte vnd Flecken brauchen gemeinlich dieſe form.

ICH A. B. itzund geſworner Richter des Stadgerichts zu N. Enpiet euch D. E. zu N. meinen grus/ vnd füge euch hiemit zu wiſſen/ das heute dato an jtzs ernantem Gerichte erſchienen iſt F. G. von H. vnd mir clagende anbracht/ wie das (*Narretur nunc factum*) Hierumb er verurſacht/ euch mit Recht für zunemen/ vnd derwegen mich vmb gerichts tag angelanget/ vñ gebeten jme Termin anzuſetzen/ vnd euch auch gebürlich darzu zu laden. Diewil den ſolch ſein bit vnd

beger

beger dem Recht gemeſſe / als hab ich jme den Freytag nach dem Pfingſtſontage ſchirſten / welcher da iſt der vierde Junij ernandt / Demnach vnd aus pflicht meines ampts/heiſche/lade/vnd citire ich/ hiemit/ vnd crafft der Rechte/ Euch obberürten D. E. das jr auff ernãdten Freytag / den ich euch vnerſtrecklich vnd alſo peremptorie anſetze / zu rechter früer gerichts zeit für mir alhie zu N. an gewönlicher Richtsſtelle/ durch euch ſelbeſt/oder ewern tüchtigen Anwaldt/ erſcheinet/ Ewer antwort auff die clage vnd auſpruch einbringet/ vnd als denn wie ſich zu recht vnd nach gebrauch eigenen vnd gebüren wirdt / ferner verfaret/ mit verwarnung / jr erſcheinet alſo oder bliebet auſſen/ Wil ich nichts deſte weniger / auff des kegentheils anſuchen/ was in dieſem handel Recht vnd landtleufftig / geſchehen vnd ergehen laſſen/ hab ich euch/hienach zurichten im beſten nicht können verhalten / Zu Vrkund mit meinem zu end auffgedruckte Inſiegel/ beſiegelt vnd geben am Freytage nach N. tag Anno Domini fünffzehenhundert/drey vnd ſechtzig.

Eſt & hæc clauſula valde vſitata.

So heiſche/lade vñ Citire ich/ hiemit

vnd crafft der rechte euch obberůrtẽ N. das jr auff den vier vñ zwentzigſten tag/ den neheſten nach dem euch dieſe meine ladung vberantwort od' verkundet wird/ dern ich euch achte für den erſten/ achte für den anderen/ vnd achte fuer den dritten/ letzten vñ endlichen Rechts tag ſetze vnd benenne peremptorie/ oder ob derſelbe tag nicht ein gerichts tag ſein wurde den neheſten gerichts tag darnach/ ſelbſt oder durch ewern volmechtigẽ Anwaldt zu Neun vhrn obbenantẽ gericht erſcheinet/ vnd gedachtem N. zu ſeiner clage vnd anſpruch antword gebet/ Ihr kommet nu vnd erſcheinet als den alſo/ oder nicht/ ſo wird nichts deſto weniger auff des gehorſamen teils/ oder ſeines Anwalds anruffen vñ erfordern/ wider euch ergehen/ nach ordnung dieſes Stadt gerichts/ was Recht iſt/ Datum mit des Stadgerichts auffgedruckten ſiegel/ etc.

QVI DEBEANT ET POSſint citari.

CAPVT VI.

REVS citandus eſt primo. Item omnes quorum intereſt tex. eſt in l. Nam ita Diuus Marcus D. de Adopt. Et ante litem conteſtatam principalis citandus eſt, poſt litem uerò conteſtatam procurator eius, nam tunc eſt factus dominus litis, tex. eſt in c. Non indiſcrete de procurat. in VI. Item Syndicus citandus eſt, non uniuerſitas, Innoc. in c. Humilis de Maior, & obed. Infans autem id eſt Minor ſeptennio citari non poteſt l. quiq; D. de In Ius uoc. Sed Maior infante poteſt citari, ut compareat per tutorem uel curatorem ſpec. in tit. de primo & ſecundo decret. §. Reſtat uerſ. Sed pone quod pupilli. Maior uerò 25. annorum de iure communi, Et 21 de Iure Sax. citari debet, de hac quæſtione notatur per Iaſ. in l. neq; impuberes. D. de In Ius Voc. Sed hodie communiter citantur tutores & curatores nomine pupilli.

Es ſollen geladen werden der beklagte, Item alle den es angehet, und uor der kriegesbeſeſtigung der principal, nach der kriegsbefeſtigung aber ſein Anuualdt Item der Syndicus und nicht die gantze gemeine.

DE DIVISIONE CITATIONIS.

CAPVT VII.

Ein kind das unter ſieben iarẽ iſt kan nicht geladen uuerdẽ, der uber 25. iare iſt nach Keiſer recht, und uber 21. nach Sachſen Recht, wirdt geladen.

Eſt

Eſt autem citatio multiplex.

Alia
- Peremptoria, die endliche,
- Verbalis, die mundliche.
- Fit ad domum, die ins haus geſchicht.
- Realis, die wirckiche.
- Edictalis, die durch ein offentlich angeſchlagen edict geſchicht.

* Die endliche ladung iſt, welche dat wortlein perẽptorie, vnd ſo viel zeit, als ſonſt drey vorladungen habẽ, begreifft, vnd in ſich helt.

DE CITATIONE PERemptoria.

CAPVT VIII.

* CITATIO peremptoria eſt, quæ in ſe particulam, Peremptorie, & tantum temporis, quantum aliàs aliæ tres citationes complectuntur, continet. Dicitur autem peremptoria, ideò, quod malitia & proteruitas contumacis non parentis per eam conuincatur, & perimatur.

† Es mag aber ein ider Richter vor drey ladũgen, eine peremptorien, wen es die noth erfordert,

† Poteſt autem cuiuslibet iudicis prima citatio, poſtulante neceßitate, pro tribus eſſe una peremptoria, dummodo non ſit nimis breuis, id eſt, habeat tantulum temporis, quantum aliàs aliæ tres. Citatio enim habens competentia interualla, æquiparatur tribus denunciationibus, l. Tres denunciationes, C. Quomodo & quand. iudex, & l. Contumacia, D. de Re. iud. Nec poteſt hoc tempus peremptoria

emptorium, niſi ſuadente iuſta cauſa, & ea ſpecialiter expreſſa, abbreuiari, ſecundum dd. in c. 1. ext. de Dilat. Iudex enim ſi peremptorium abbreuiat, debet cauſam moderationis in ſua citatione, exprimere, aliàs pars, ut grauata, appellare poſſit. Abb. in c. 1. in ult. not. de dilat. Lanfranc. in c. Quoniam in uerb. Citationes, Verſ. ſed quæro, Innoc. in c. Ad petitionem, De Accuſat.

** Vuen vor drey ladungen eine geſchicht, ſo mus das wortlein, peremptorie, endlich mit ausdrucklichen worten geſatz werden.*

* *Omnino uerò oportet, ſi pro tribus, una peremptoria fiat, ut inſeratur formulæ citationis hæc uox, Peremptorie, l. Ad peremptorium, cum l. ſeq. & ibi Bart. & Bal. D. de Iud. Eſtq́; hæc uſitata clauſula,* Denſelbigen tag / ich euch für den erſten / andern / dritten / vnd endlichen gerichtstag / vnd alſo peremptorie ernenne / Vel ſic, Denſelbigen Gerichtstag / ich euch vnerſtrecklich / endlich / vnd alſo peremptorie / anſetze.

laſſen auſgehen, doch dermaſſen, dat die peremptorien ſo viel zeit in ſich begreiffe, als ſonſtẽ drey andere Citationes, vnd kan der richter diſe zeit ohne erhebliche vrſachẽ nicht abkurtzen

Secun.

Secus tamen eſt, ſi ter citatus fuerit, tunc enim intelligitur peremptorie citatus, etiam nunquam inſerto hoc aduerbio, Peremptorie, *gloſ. in uerb. peremptorio c. de illicita.* 24. *q.* 5.

De *tempore uerò, quantum quælibet citatio continere debeat, dicere non eſt neceſſe,* Nam *iudicia hac in re ſuas conſuetudines habent à quibus recedendum non eſt, Stylus enim & Practica iudicij ſemper ſeruanda ſunt, l.* 2. C. *Quem ad. teſt. aper.* Q*uibuſdam enim in locis ſeruatur hoc modo.* Q*uod uidelicet tres fiant citationes ad tres actus iudiciarios, quarum quælibet habet ſua competentia interualla, puta,* 14. *dies, & poſt lapſum tertiæ citationis tertijq; actus iudiciarij terminum, citatus, ſi non cõparuit, reputatur pro cõtumace, dam naturq; uſq; ad legitimũ impedimentũ, et niſi abſentiæ ſuæ habuerit legitimũ impedimentũ, tunc cadit ab actione.* De *qua re infrà cap.* 15. *latius dicetur.* † Ex *ducali quoque curia,* INCLYTORVM DVCVM SAXONIAE *&c. ſecundum tenorem conſtitutionis eorundem, citationes miſſæ, omnes ſunt peremptoriæ, emittũturq; ad minimũ quinq;*

Vuas die zeit belanget, haben die Gerichte ihren brauch, etliche laſſen die citation 14. *tage vor dem gerichts tage auſgehen, vnd wen der geladene, alſo dreymal, zu dreien gerichten geladen auſſenbleibt, ſo wird er bis auff ehafft, vortheilt, vnd ſo er darnach keine ehafft, oder erhebliche vrſachẽ, ſeines auſſẽ bliebens hat, wird er der ſachẽ gantz vnd gar verluſtig.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quinq; uel ſex ſeptimanæ, ante actum iudiciarium, & habent inſertam cauſam ſeu copiam libelli.

† Alle ladung des Sechſiſchen obern Hoffgerichts ordnung, ſeind peremptorie, und geben funff oder ſechs wochen uor dem Gerichts tage aus.

Forma huius citationis capite V. recitata eſt.

DE CITATIONE VERBALI.

CAPVT IX.

VERBALIS Citatio, eſt quando reus coram, et in faciem, uocatur ad iudiciũ, per nuncium uel præconem. Et hæc citatio ubiq; fieri poteſt, etiam in Eccleſia, ſecundum Bart. in l. præſenti C. de his qui ad eccleſ. confug. Dummodo citatus, ſit ſub iurisdictione iudicis citantis, aliàs citatus non comparens, non ſit contumax, clement. paſtoralis, & l. fin. D. de iurisd. om. iud. Creditur autem hac in re, nuncio executori, cum ſit iuratus, referenti de citatione, gloſ. in c. cum parati in uerb. ſuus nuncius, de appell. & l. Diuus. D. de cuſtod. Reor. vnd wird dem geſchwornen Boten, ſo von der citation relation thut, gegleubet.

Mundliche ladũg iſt, wen dẽ beclagten mundlich durch den frone oder diener fur gericht zu kommen geboten wirdt.

DE CITATIONE AD DOMVM.

CAPVT X.

IVRE

IVRE cautum eſt, quod ſemper quis coram et in faciem primo citandus ſit, ſi copia eius haberi poßit, Sin uerò reus non reperiatur, tunc communis eſt ſententia & opinio dd. quod ſufficiat citatio ad domum, uel per libellum uocationis, uel uerbaliter facta, ita not. Bart. in l. 4. §. prætor ait, in prin. D. de Damn. infect. & in l. 1. in prim. D. de liber. agnoſ. Eſt itaq; Citatio ad domum, denunciatio ad domum rei, antea diligenter quæſiti & non inuenti aut latitantis, uel per libellum uocationis, uel per uiuam uocem nuncij ſeu præconis, facta. Oportet autem iſtam denunciationem uerbalem fieri clara uoce, ita ut uicini etiam exaudiãt uerba citantis, quo illi, ſi neceßitas poſtulauerit, citationem factam, teſtari queant. Requiruntur ergo duo in hac citatione, primum quod copia citandi haberi non potuerit, ſeu diligenter quæſitus inueniri nequierit. Deinde quod clara uoce, fiat uerbalis denunciatio. His duobus obſeruatis, proceditur contra reum non comparentem, licet citatio ad manus ipſius proprias nunquam peruenerit, ſeu ſe citatum eſſe non reſciuerit; ſecundum Bart. in l. ab eo, C. Quomod. & quand. iudex. Et creditur hic quoque ut in præcedenti, nuncio referenti de citatione facta.

Es ſol einē ieden erſtlich die citation in ſeiner perſon angeſagt vnd geantwortet werdē, es ſei den, das er nicht zu bekōmen, oder gefundē kan oder wil werden, als denn, mag die in ſeine behauſung, ſchrifftlich oder mundlich, mit heller ſtimm, das es auch die nachbarn hoeren, geſchehen.

Cæte-

Cæterum iure cautum eſt: Ne quis de domo ſua in ius uocetur, id eſt inuitus extrahatur, & ad ius ducatur, l. pleriq; & l, ſed etſi, D. de In Ius uoc.

DE CITATIONE REALI.
CAPVT XI.

* REALIS *Citatio, eſt quando reus certas ob cauſas, perſonali captura, per apparitores, uel miniſtros iudicis, ducitur ad iudicium, de qua Ioan. Andreæ in c. Romana. §, contrahentes de For. cō: pet. lib. VI. & Iaſ. in l. pleriq; D. de In ius uoc. Vbi deciditur, quod non modo Verbalis, ſed etiam Realis citatio, iudici ſit permiſſa, alias hæc citatio etiam uocatur Actualis.*

Fit autem Realis citatio dupliciter, alias in cauſis criminalibus, aliàs in Ciuilibus.

In criminalibus cauſis poteſt eſſe prima, §. Si che uerò quis, in auth. ut nulli iud. Collat. 9. idq; ideo ne facinoroſus admonitus, fugam arripiat.

In peinlichen ſachen, mach der Richter mit dieſer citation am erſtē anfahen, vnd dē vbeltheter greiffen laſſen.

In ciuilibus uerò, tum demum locum habet, quando facta litis pendentia, Reus tribus iudicis autori-

Es iſt aber zu Recht verſehen, das niemand ſoll wider ſeinen vuillē mit gewalt aus ſeinē hauſe genommen, vnd für gericht gefuert vuerden.

**Vuirckliche verladung, iſt wen beklagter aus beweglichē vrſachen, durch des Richters diener gegriffen vnd fur gericht gefurt wird.*

In burglichē ſachē aber, hat ſie dē erſt ſtad, wen zuuor drey andere citationes geſchehen, vnd die ſache anhengig wurde und der parth nicht erſcheinen wil. Vnd mag ein gleubiger ſeinen ſchuldener der fluchtig werdē wil, ſelbſt greiffen, ſo er den Richter nicht gehaben kan, vnd darnach fur gericht furen.

autoritatibus uocatus, noluerit comparere, ut in l. conſentaneum & ibi Iac. Butrig & Bart. C. *quomod. & quand. iudex. Si tamen imminuerit periculum fugæ, tunc et in ciuilibus poterit eſſe prima.* Bal. *in addit. fin. incipi.* Quæ *poßunt excipi,* Verſ. *Citatio rei per capturam, & ſpec. in tit. de citat. §. fin. in fin.* Et *poteſt debitor fugitiuus capi propria autoritate, ſi copia iudicis haberi non poßit, & immineat periculum fugæ, l* Generali, C. *de* Decur. *lib. x.* Vulnerari *uero non poteſt, ſe telo non defendens. l. Si plagis. §.* Tabernarius. D. Ad *l.* Aquil. Nec *etiam poſſum rem ab eo per uiolentiā auferre, l. extat enim decretum,* D. Quod *metus cauſ.* Verùm *hæc citatio in eccleſia fieri nō poteſt,* Bart. *in l, præſenti,* C. *de his qui ad* Eccleſ. *confug. & ibi in addit.*

DE CITATIONE PER *edictum.*

CAPVT XII.

CITATIO *per edictum, eſt denunciatio iu=*

dicis

dicis ordinarij, reum ex longinquis & diſsitis locis, cum commemoratione cauſæ, ſeu copia intentionis actoris, ad iudicium uocans, domui, rei, uel Curiæ, uel Valuis eccleſiarum, alligata ſeu affixa. Cum enim reus citandus, uel eſt in longinquis partibus, uel impedit per ſe, uel per aliũ, ne citatio ad ſe perueniat, tunc citatio regulariter fit per edictum, quod uel ad domum citati, uel locum ubi iudicia redduntur, uel publicas ualuas eccleſiarum (ſicut in cauſis matrimonialibus uſitatum) affigitur. Et tunc citatus nõ comparens, reputatur pro contumace, de hac re habetur Clem. 2. de Iud. & in l. conſentaneum, C. Quomod. & quand. iud. & per Ioan. de Imol. in l. Qui ante calendas, D. de Verb. oblig. Et uide de Citatione edictali elegans conſilium, D. Hieronymi Schurfij, 28. primæ Centur. Eſt autem hæc uſitata forma.

Citatio durch ein offen angeſchlagẽ edict, iſt ein verkündigung eines ordẽtlichen Richters, mit angezeigten urſachen, worumb der beklagte geladen wird an des beclagten haus, oder Rathaus, oder Kirchthueren geſchlagen, da durch der beclagte ſo in fernen ſtellen oder orteren iſt, fur gericht geladen vnd gefordert vuird.

Ich A. B. jtzund geſchworner Richter des Stadgerichts zu N. füge C. D. hiemit vor menniglich offentlich zu wiſſen / das mir der Anwald des Er-

barn/ E. F. von N. vermeldet vnd angetragen/ wie das *Subijciatur nunc* Narratio *facti*) mit bit/ gedachten C. D. durch ein offen angeſchlagen Edict/ alhie am Rathauſe / an gewönlicher gerichtsſtelle/ darzu/ wie vblich vnd breuchlich / vor zu laden/ Demnach vnd aus pflicht meines Ampts/ heiſche/ lade/ vnd Citire ich hiemit/ vnd crafft dieſes offenen angeſchlagenen Edicts / mehr gedachten C. D. auff neheſt kommēden Dinſtag nach Cantate den xj. Maij / furm Stadtgericht alhie zu N. zu rechter früer gerichts zeit / zu erſcheinen / gemelts Anwaldes clage/ vnd zuſpruch anzuhören/ vnd dawider ſeine Rechtlich notturfft/ ob im das geſellich / für vnd einzubringen/ Rechtlich erkendnis / oder andern billichen beſcheid/ zugewarten/ vnd Er erſcheine vnd thue ſolches alſo / oder nicht/ ſoll gleichwol ergehen/ was billich vnd recht iſt/ darnach Er ſich zu richten / Zu Vrkundt etc.

Pro Corruptione citationū actio arbitraria datur, ſecundum dd. in l. ſi id q. D. de Iuriſd. om. iud.

DE

DE EFFECTIBVS CI-tationis.

CAPVT XIII.

CITATIO iacit fundamentum proceſſus, comparente ſcilicet actore, & ſecundum tenorem uel qualitatem citationis procedente.

II. Præoccupat iurisdictionem, Verbi gratia: Si una actio, coram pluribus diuerſorum territoriorum iudicibus, intentari poſſet, omnesq; iſti iudices, ſiue duo uel tres ſaltem, citationes emiſiſſent, tunc coram illo, qui prior erat citatione, intentetur neceſſe eſt.

III. CITATIO efficit litis pendentiam, Quod eò pertinet, ut uidelicet lite pendente, nihil innouetur. Litem autem pendere dicimus, poſtquam à iudice competente, citatio emanauit, & ad partem citatam peruenit, uel per eam factum fuit, quo minus ad eius notitiam perueniret, text. eſt in clem. 2. Vt lite pendent.

*IIII. Citatio interrũpit præſcriptionem. Nam

28 Vuirckũg oder krefft te, der citatiõ ſeind 1. macht ſie den anfang des Proceß Si des Gerichts, wen der cleger erſcheinet vnd inhalt der citatiõ volfert. 2. macht ſie die vorkommung des Gerichts zwanges, als, ſo eine ſache fur viel richter kõde gezogen vnd geklagt werden, welcher Richter denn am aller erſten citirt, fur dẽ mus ſie bleiben.

3. macht ſie den krieg anhengig, welches dazu dienet, das in hangender ſachen fur gericht nichts attentirt oder kein

citatus nondum impleta præſcriptione, cogitur de nouo præſcriptionem, à tempore citationis, inchoare.

newerung ſol furge= nommen uuerden.

* 4. zureiſt ſie die veriarung, alſo, das der geladene, wo die veriarung nicht volbracht, nach der uorladung, auff ein newes mus anheben zu præſcribirn.

DE COMPARITIONE.

CAPVT XIIII.

COMPARITIO, eſt ſecundum tenorem citationis, uel perſonæ propriæ, uel procuratoris idonei, uel ſubſtituti eiuſdem, in iudicio præſentatio. Ac ad comparendum in iudicio quilibet tenetur, etiam habens Declinatoriam fori ſeu Priuilegium, Nam illud allegare debet. l. ſi quis ex aliena, D. de Iud. Ne contemnere autoritatem iudicis uideatur, uel ipſum contra ſe exaſperet. Refert enim in multum, habere iudicem fauorabilem, ſecundum Abb. Panor. in. c. conſuluit ext. de off. & poteſt. iud. deleg.

Quando autem citatus nolit comparere perſonaliter, tunc poteſt per procuratorem comparere, dato illi ad hoc mandato ſufficienti, l. 1. D. de procurat. ſicuti plerunq; hæc clauſula citationibus inſcritur:

Erſcheinung iſt, uuen gela dener lautes und inhalts der citation, entuueder in eigener perſon oder durch einen tuchtigern Anuuald oder

ſcritur: zu erſcheinen durch ſich ſelbſt / oder einen tüchtigen vnd volmechtigen Anwald. desſelbigē ſubſtitutē im gerichte furkompt uuen geladener in eigner perſon nicht kan, oder nicht uuil erſcheinen, ſo mag er ſolchs durch einē gnugſamen geuolmechtigten anwalt thun, ausgeſchloſſen 4. felle. 1. wen der principal geſchickter iſt den ſein Anwald.

Fallit tamen prædicta Regula, in quatuor potiſsimum caſibus, l. Si eius perſona reputetur legalior, uel inſtructior ſuo procuratore.
II. Si cauſa eſt criminalis. III. Si rei ueritas pateat Domino ſeu principali, & non procuratori. IIII. Vbi præſtādum eſt iuramentum calumniæ. De his caſibus notatur per Pet. Ferrar. iſt. 5. in forma reſponſionis Rei conuenti, Verſ. in termino ſibi aßignato. §. Poſtea quæritur. 2. Vuen die ſache peinlich 3. Vuē der Principal beſſer weis die warheit zuberichten, denn der Anwaldt. 4. Vuen der Eyd vor gefehrde geleiſtet ſol uuerden.

† Poteſt & actor quoq; comparere per procuratorem, dato illi ſufficienti procuratorio. Quale uerò ſit ſufficiens mandatum ſeu procuratorium, ex his ſequentibus apparebit.

† Cleger kan auch durch einen gnugſamen volmechtigen Anwald erſcheinen.

Gewalt zum Rechten/das er genugſam ſey/ mus dieſe notwendige puncten vnd clauſulen haben.

1. Erſtlich zu narriren/vnd verzellen die ſache der Rechfertigung/ wo/vnd für wem die ſchwebet/vñ wie ſich die erhelt.

2. Das der Principal. N.N. zu ſeinem volmechtigen Anwald/ vnd Procurator erdnet/ ſetz/ vnd macht/ ind aller beſten form vnd mas/ das zu Recht geſchehen ſol/kan/ oder mag.

3. Auff N. angeſatzten tag/ vnd alle andere nachfolgende Rechtstage/ zu erſcheinen/des widerteils klag vñ fürbringen/zuhören.

4. So es die ſach erfordert/ſein Recon uention/vnd gegenclag zu thun.

5. Exception declinatoriam fori, vnd andere fürzuwenden.

6. Gegen des widerteils clag/ſpruch/ vnd förderung/zu excipirn.

7. Antwort mündlich/ oder ſchrifftlich/darauff zu thun.

8. Den krieg zu befeſtigen.

9. Den eyd für gefehrde/ vnd alle vnd igliche andere zimlich eyde/ inns Principals Seel zuſchweren.

10. Poſition/vnd artickel/vermittelſt dem Eyde/für zutragen/ vñ ob noth mit

zeugen/

zeugen/ oder andern vrkunden zu beweiſen/ vnd wie recht/ aus zu füren.

11. Des kegenteils poſition vnd artickel/ vermittelſt gleichem Eyde/ zuuerantworten.

12. Wider des gegenteils zeugen/ Perſonen vnd ſage zuexcipirn / zu replicirn / duplicirn/ triplicirn / quadruplicirn/ vnd obs noth ſein würde/ zu Quintuplicirn.

13. Alle nodturfft vnd gegenwehr/ wie die namen haben mögen/ zu vben.

14. Probation/ vnd bewehrung derſelben durch zeugnis/ oder in andere wege/ wie die recht zu laſſen/ aus zufüren/ vnd ſonſt alle andere notturfft/ in recht für zu wenden/ zu fordern/ vnd zu gebrauchen.

15. In recht zu beſchlieſſen.

16. Bey/ vnd Endurteil zu bitten/ an zuhören/ die an zunemen/ oder dauon/ vnd allen andern beſchwerungen/ ſich zu beruffen vnd zu appelliren / apoſtel zu fordern/ ſolch appellation vnd heuptſachen zu proſequirn vnd volfüren.

17. Expens/ vñ ander gerichts koſten/ ein zu legen/ vnd zu taxirn bitten/ die taxirten mit dem Eyd in ſeine ſeel zu erhalten.

18. Einen oder mehr Affteranwald

zuſetzen/ den gewalt gantz oder zum teil auff ſie zu wenden / die zu widerruffen/ vnd ſolchen gewald wider an ſich zu nemen.

19. Vnd ſonſt alles vnd jedes zu handeln/zu thun/vnd fürzunemen/das der Principal ſelbſt/ ſo er zu jeder zeit gegenwertig were/thun ſolt/kūdte od' möchte.

20. Ob auch der gemelte Anwald/ eines weiter oder mehr gewalts / denn hierinne begriffen/bedürffen würde/wolle jm denſelben hiemit auch zugeſtalt haben.

21. Alle des Anwalds/ oder ſeiner nach geſatztē Anwalde hādlung/ gantz angenem/auch ſtet vnd vheſt zu halten.

